

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 109

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 249.

Cod. CIX.

249

tempore intelligendum venit. Ass. catant  
tribus, vel quatuor voluminibus in Bibl:  
ad Sotos Viennae. Jam ex his Sotis Ma-  
thias noster Katspekius Magistrum Soc.  
cum infeliciter satis creavit.

2

Sermones de Festis  
Dni, S. V. M. et  
Sanct. 32 annis.

1676-300b

Sermones de Festis Domini, S. V. M. et  
Sanctorum per annum. Primus est de S.  
Trinitate, et incipit: "O altitudo divi-  
nitatum etc. Festum de Sancta Trinitate  
olim non fiebat ab Ecclesia." Quamvis  
nullum appareat de authore vestigium,  
ejusdem tamen esse, cujus sunt praee-  
dentes, tam stili aequalitas, quam idem  
omnes fere sermones inchoandi modus per-  
suadent; nempe: Dicit Gregorius; Di-  
cit Bernardus; Dicit Chrysostomus etc.

Cod. CIX.

Cartae: Fol. Soc: 15.

A  
5.16.

Breviarium  
Romanum.

libellus Blatt  
got. chand. v. 18.

Breviarium Romanum a. 1489 scriptum,  
Salisburgensis, uti videtur Dioecesis. Primis  
tribus foliis aliena manus inscripsit: "Be-  
nedictiones per hebdoma, et psalmos de Apo-  
stolis. Dein ipsum Breviarium incipit de

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 109

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 250.

250.

Cod. CX. n. 1.

Sancta nocte Pentecostes, ibique in margine  
superiori praemittitur: "Festa 8 post festum  
S. Katharine 1489. per Sigismundum gleibitz  
aus In Trüftern tunc temporis Anceherich".  
Festum translationis S. Rudberti, uti et Vir,  
gilii vocatur summum, frequenter fit men-  
tio processionis solennis ad monasterium;  
fortassis S. Petri; comitantibus eam Rei-  
toribus. Festorum officii praemittuntur  
soepe notitiae de origine institutione eo-  
rum; lectionum vero Pontificum bullae  
leguntur, aliisque exhibentur ad Litur-  
giam spectantia non infimi momenti, v. g.  
In festo Transfigurationis Domini legitur:  
"Item nota, quod eadem die conficitur  
sanguis Christi de novo vino si inveniri potest,  
aut aliquantulum de natura uva in cali-  
cem equatur, et benedicuntur racemi" &c.

Cod. CX.

Chartae: Fol. locc: 15.

7.

Hugonis de S.  
Victore liber  
de Sacramentis  
Christiana fidei.

2a-29b.

# editiones

Hugonis de S. Victore Tractatus de  
Sacramentis Christianae fidei. Titulus est: "Hu-  
go de Sacramentis Christianae fidei"; initi-  
um: "Studio quorundam." &c. Opusculum  
istud a codice nostro mutilum exhibetur,  
finitur enim partis 4<sup>ae</sup> Cap. 8<sup>mo</sup>, ut do-  
cent Argentina Fol. 1485, et Mogunt. Fol.  
1617. T. B. pag. 347. Legg. De Hugone vi-  
de supra Cod. XCVI. n. 5.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 109

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27446](https://manuscripta.at/?ID=27446)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)